

inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.11. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præfatis Clementis Prædecessoris literis concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VI. Maji MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXII.

Conceditur Prioribus Generalibus Eremitarum S. Augustini facultas creandi Magistros 50. in Provinciis Italiæ; 40. dumtaxat extra Italiam.

De promotione ad Magistrum vide Urban. VIII. Const. ed. 1625., Apr. 24. P. 3.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Cupientes, ut debitis virtutis hujusmodi Religiosis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, qui in artibus & Sacræ Theologiæ studiis cursum perfecerunt, ac alias digni, & idonei sunt, tribuatur, ut nimirum alii ipsorum exemplo ad sacrarum literarum studia in dies magis, ac magis excitentur, supplicationibus dilecti Filii Fulgentii Bellelli Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis in Sacra Theologia Magistri nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, futuris Prioribus Generalibus Ordinis prædicti, ut in Provinciis, & Congregationibus Italiæ, aliisque ei adjacentibus quinquaginta Ordinis hujusmodi Professores, qui probitatis, & doctrinæ laudibus præfulgeant, & quinquennio Regentis munus obierint, vel in principalioribus ejusdem Italiæ Civitatibus verbum Dei decennio cum plausu, justaque fama prædicaverint, aliisque omnibus qualitatibus in promovendis ad Magistrum gradum per Apostolicas, & Ordinis prædicti Constitutiones, atque Capitulorum Generalium illius Definitorum, necnon statuta, & consuetudines, ac usus earum Provinciarum requisitis præditi esse debeant, quique servata regularis disciplinæ observantia in eorum ordine morum probitate, aliisque virtutibus dotati adeo laudabiliter vixerint, ut aliis non minus vite innocentia, quam doctrina docendi habiles sint, & idonei, & dummodo ipsi promovendi prævio rigoroso examine coram iisdem Prioribus Generalibus modo, & forma, quibus in Alma Urbe Nostra fieri solet, faciendò, ad hoc idonei reperiantur. Præterea in aliis extra Italiam ejusdem Ordinis Provinciis, alios quadraginta dumtaxat similiter Ordinis prædicti professores omnibus qualitatibus, etiam per Apostolicas, & dicti Ordinis Constitutiones, necnon Constitutiones, consuetudines, & usus earum Provinciarum requisitis præditos, & dummodo pariter ipsi promovendi prævio rigoroso examine juxta formam Constitutionis felic. rec. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri, quæ incipit Romanus Pontifex sub die 24. Aprilis 1625. emanatæ faciendò ad hoc idonei reperiantur, in

Preces Procuratoris Generalis.

Concessio prædicti facultatis in perpetuum quibusdam tam adjectis conditionibus servandis.

Magistros in sacra Theologia supranumerarios promovere, illosque Magisterii, & Doctoratus hujusmodi insignia conferre, utque omnibus, & singulis honoribus, privilegiis, favoribus, prærogativis, præminentis, antelationibus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratiis, & indultis, quibus alii ejusdem Ordinis in sacra Theologia Magistri etiam in publicis studiorum generalium universitatibus ad hujusmodi gradus promoti de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere possint, & debeant perinde ac si ad hujusmodi gradus in similibus Studiorum Universitatibus promoti fuissent, concedere, & indulgere valeant, auctoritate prædicta, tenore præsentium facultatem perpetuis temporibus duraturam concedimus, & impertimur; ita tamen, ut memorati Priores Generales ad electionem dictorum Magistrorum non nisi per concursum, & per secreta suffragia procedant.

§.2. Non obstantibus felic. rec. Sixti V., & Clementis VIII. Romanorum Pontificum etiam Prædecessorum Nostrorum de senario Magistrorum numero, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VI. Maji MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXIII.

Conceduntur quædam Indulgentiæ in Ecclesiis Eremitarum S. Augustini Excalceatorum in Regno Tunkini.

Pro omnibus Ecclesiis Ordinis concessa fuit ab Alexan. VIII. Const. ed. 1690. Nov. 29. P.2. Indulgentia plen. perp. in fisco S. Joannis a S. Facundo.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Universis Christianis fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

§.1. Ad augendam fidelium religionem & animarum salutem cælestibus Ecclesiæ Theauris pia charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Excalceatorum nuncupatorum in Regno Tunkini existent. die Fests Titulari respective earundem Ecclesiarum a pri-

Clause.

Dat. 13. Maji 1726. Ann. 2.

Concessio Indulgentiarum plen. visticibus dicitur Ecclesiis die festo Titulari earundem.

a primis Vespertis usque ad occasum solis diei hujusmodi respective singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresim extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus; his vero, qui Litanis B. M. V. in aliqua ex dictis Ecclesiis, & Oratoriis eorumdem Fratrum in dicto Regno existentibus singulis Sabbatis, singulisque ejusdem B. M. V. Immaculatæ festi diebus decantandis, seu recitandis devote interfuerint, & ibi, ut supra, oraverint, qua vice prædictarum id egerint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Et pro his, qui interfuerint Litanis in dict. Ecclesiis recitandis.

Fides habenda transumptis.

§.2. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhibetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XIII. Maji MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

CXXIV.

Statuitur, ne Fratres Congregationis S. Joannis de Carbonaria Ordinis Eremitarum S. Augustini, ad alias Provincias, seu Congregationes transire possint.

Rationes perfectæ vite communis quæ ibi præ cæteris viger.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium à curia habenda Regularium.

Apostolicæ sollicitudinis, quam meritis licet, & viribus longe impares Divina dignatione gerimus, ratio exigit, ut paternam erga Christianos, qui e fluctibus Seculi in portum vite Religiosæ confugerunt charitatem singulari studio exercentes eorum stabilitati, ut in ea vocatione, qua vocati sunt, perseverent utque in finem, quantum nobis ex alto conceditur, prospicere satagamus.

Facti expositio.

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus Serfale Congregationis Sancti Joannis de Carbonaria Ordinis Eremitarum S. Augustini Neapolitan., quod cum a dicta Congregatione, & Conventu ejusdem S. Joannis, ubi perfecta vita communi vivitur, nonnulli Religiosi ejusdem Congregationis sub variis prætextibus ad alias prædicti Ordinis Provincias, & Congregationes, in quibus ejusmodi vita communis minime servatur transire soleant, ipse Nicolaus, quo in prædictis Conventu, & Congregatione Regularis disciplina sustineatur, & observantia jam introducta non disperdatur opportune in præmissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri summopere desideret.

§.2. Nos ipsius Nicolai votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter

annuere volentes eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa, latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Fratres expresse professos Conventus, & Congregationis hujusmodi post Constitutionem fel. rec. Innocentii PP. XII. Prædecessoris nostri super eadem vita communi emanatam ad quascumque Provincias, seu Congregationes animo sese illis associandi, seu incorporandi, sine expressa, ac unanimi pleni Definitorii Conventus prædicti consensu, nullo modo se transferre posse, illos vero, qui de mandato, tam Congregationis S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, quam super disciplina Regulari deputatorum jam translati fuerunt se intra terminum duorum Mensium, ac si alicui Conventui Provincie, aut aliarum Congregationum affiliati minime forent, esse compellendos ad redeundum ad prædictam Congregationem Sancti Joannis de Carbonaria, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, & declaramus, ac statuimus, & ordinamus.

Statutum prædict.

Clause.

§.3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definitum debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit quarumcumque Provinciarum, & Congregationum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§.5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIX. Maji MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Dat. 3. Junii 1726. An. 3.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc., Regularium in favorem Piorum Operariorum emanatum de privativa circa nomen Piorum Operariorum.

Clem. XI. Const. ed. 1712. Jan. 3. P. 12. concessa fuit Congregat. eorundem Ecclesie, & Collegium S. Mariae Montium de Urbe.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio facta

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Presbyterorum Secularium Congregationis Piorum Operariorum nuncupatorum Congregationi Ven. Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium preposita, exposito, quod cum ipsi ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum die 14. Mensis Martii proxime preteriti obtinissent non licere alicui extra predictam Congregationem sibi nomen Operariorum assumere, ipsi Exponentes, quo ejusdem Decreti effectu frui possent, & nemo deinceps nomen hujusmodi, quemadmodum alias cum magno eorumdem Exponentium aestimationis detrimento contingit, sibi attribui auderet, aliquas poenas tam spirituales, quam temporales eidem Congregationi Cardinalium benevolens ejusmodi Decreto adicere summopere cupiebant, emanavit a predicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet:

Decretum prae, quo sub certis penis prohibetur cuiquamq; extra Congr. Piorum Operariorum nomen Pii Operarii assumere.

§.2. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium preposita, attentis narratis, stetit in Decisis sub dicta die 14. Martii preteriti, nempe = Non licere alicui extra dictam Congregationem sibi nomen Piorum Operariorum assumere, proindeque injungendum censuit locorum Ordinariis, prout per presentes injungitur, quatenus eandem resolutionem in propria Diocesi sub penis ab ipsis arbitrandis, servari mandent. Roma 10. Maji 1726. I. B. Card. Devia P.A. Archiepisc. Larissa Secretarius.

Confirmatio relati Decreti.

§.3. Cum autem sicut dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, Apostolica Confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum presentium, dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesertim auctoritate Apostolica, tenore presentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adicimus: Salva tamen semper in praemissis auctoritate predictae Congregationis Cardinalium.

§.4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§.5. Volumus autem, quod praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsi praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die III. Junii MDCCXXVI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXXVI.

Restituuntur denuo Conventus S. Sabinae, atque uniuntur Provinciae Lombardiae.

Hac de re vide Pii V. Const. ed. 1567. Mart. 20. P. 2., & Clem. IX. Const. ed. 1669. Maji 21. P. 2., necnon Iun. XII. Const. ed. 1695. Jun. 14. P. 4., ac eandem Clem. XII. Const. ed. 1731. Maji 2. P. 1.

Dilecto Filio Thome Ripoll Ordinis Fratrum, Praedicatorum Magistro Generali.

Dat. 5. Junii 1726. An. 3.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Quod Apostolicae sollicitudinis officium ad propagandam regularem disciplinam omnibus Religiosorum Ordinibus libenter impendimus, decet nos inclito Praedicatorum Ordini, & Provinciae praesertim Lombardiae tanto libentius, & alacrius persolvere, quanto gratiori memoria animoque illius in nos merita recolere consuevimus; in qua scilicet sacrum Religionis Habitum per ipsos adolescentis aetatis annos suscepimus & Praedicatorum institutum expressè professi sumus, neque vero sola praecipua Amoribus incitamenta nos excitant, ut nostrae Auctoritatis opem ad cultum, & incrementum meritissime familiae conferamus, sed suo veluti Jure dilectissima Provincia operam Nostram deposcit; ut quae nos diu doctrina, & Religiosis moribus aluit, ac sanctissimis Institutis ad Apostolicas curas informare conata est, fructum qualemcumque impensis laboris cepisse videatur. Maternae igitur sedulitati vicem Paternae charitatis reddere cupientes, nihil omittere debemus, quo uberius fructificet suavitatis odor, & observantia salutis, vitaeque perfectioris exempla latius per

Exordium a cura Ordinis Praedicatorum, & praesertim Provinciae Lombardiae, in qua Pontifex sacri Religionis habitum suscepit.

A Pio V. Conventus S. Sabinae antedictae Provinciae unitus fuit.

per universam Provinciam dilatentur, opportunitique Providentiae nostrae legibus firmius muniantur.

§.1. Porro S. Pius V. Antecessor Noster, qui Praedicatorum Ordini in eadem Lombardiae Provincia nomen dederat constitutioni felicis recordationis Pauli Papa III., sui nostrique Praedecessoris inhaerens per Apostolicas literas die vigesima Martii Anno MDLXVII. datas, Romanum Conventum Sanctae Sabinae una cum omnibus Juribus, ac bonis antedictae Provinciae adnexuit, & incorporavit. Quoniam vero Generalia ejusdem Ordinis comitia decreverant, ut per singulas Provincias in uno saltem Coenobio exacta Regulae disciplina integre rigideque, illa tamen Prioris Provincialis auctoritate, eique debita subjectione, vigeret; felicis recordationis Praedecessores nostri Alexander Papa VII., & Clemens Papa IX. arctioris hujus observantiae in antedicto Conventu Sanctae Sabinae palaestram, & domicilium collocarunt; Ut tyrionibus in ea severiori exercitatione institutis, imitanda virtutis exempla per universam Provinciam diffunderent. Neque tamen Provincia, & Provinciali Lombardiae quidquam Juris, & auctoritatis detractum est; Ut in Apostolicis ipsorum literis, illis praesertim, quas laudatus Clemens IX. dedit die XXI. Maji anno MDCLXIX. perspicere licet.

Sed postea ab Innoc. XII. ex illo Conventu cum aliis non nullis Congr. S. Sabinae Jurisdictione Provincialis exempta, erec-ta fuit.

§.2. Igitur Domino dante benignitatem terra illa dedit fructum suum, & Provinciali suo plene subiecta Provincia Lombardiae tam in Conventu Sanctae Sabinae quam in aliis strictiori observantiae dicatis, Summorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum consiliis, & optatis comitorum Generalium, respondere perrexit; donec sub Innocentio XII. felicis itidem recordationis Praedecessore Nostrorum exempta ob omni jurisdictione Prioris Provincialis Congregatio erecta est Sanctae Sabinae, eique aliis nonnullis attributis Vicariis propriis Vicarius praepositus est a Generali Ordinis Magistro singulari biennii eligendus; ut in Apostolicis Literis, quas anno sui Pontificatus quarto dedit fusius explicat. Votis tamen ejusdem Pontificis observantiae latius dilatandae exitus minime obsecundavit, floruit enim regularis disciplina, & Sanctae Sabinae Congregatio optimis exemplis religiose virtutis abundavit; Sed per novam illam regimini formam potius intra Congregationis fines conclusa, quam ad totius Provinciae utilitatem amplificata observantia est.

Vario prae:

§.3. Nos proinde diuturna longi temporis experientia edocti, atque ad propagationem non minus, quam conservationem purioris disciplinae animum intendentes, Constitutionibus Antecessorum Nostrorum Pauli tertii, Sancti Pii V., Alexandri Septimi, & Clementis Noni, & ipsius etiam Innocentii Duodecimi proposito inhaerentes, necnon desideris, & conatibus comitorum dilectissimi Ordinis suffragantes, post maturam deliberationem, & collata consilia cum viris zelo, prudentiaque commendatis, & Apostolicas haec nostras in forma Brevis Litteras perpetuo valituras, praecipimus & mandamus, ut stricta observantia firma permanente in Conventibus inferiorum exprimentis, salvisque Regulis, quas promunienda propagandaque observantia in ante dicta Provincia Lombardiae praescribendas duximus, auctoritati, jurisdictioni, visitationi,

correctioni, curae & regimini Prioris Provincialis Lombardiae pro tempore existentis, omnino pareant, & subiecti sint una cum omnibus bonis, juribus, & pertinentiis suis, Conventus, & Fratres in ipsis commorantes, videlicet: Sanctae Sabinae Romae, Sancti Domini Ravennae, Sancti Domini Ferrariae, Sancti Domini in Urbe Sancti Severini, Sanctae Catharinae in Trino Diocesis Casalen., & qui positi sunt Auximi, Caesena, in Lugo, in Meldula, in Bonifacio, una cum altero in eadem Insula Coriaca constituto; Perinde ac si nunquam Apostolicae literae ejusdem Innocentii Duodecimi, aliaque constitutiones editae fuissent, quae enumeratos Conventus ab auctoritate, ac jure Prioris Provincialis Lombardiae, aut cujusque alterius Provincialis subdlexerunt; Quibus, & aliis in contrariis quomodolibet facientibus de plenitudine potestatis per has praesentes literas amplissime derogamus.

Prescribuntur nonnulla pro conferenda severiori disciplina.

§.4. Pro conservanda vero ac dilatanda per totam Lombardiae Provinciam severiori disciplina, has Regulas praescribimus, atque ut perpetuo serventur, districte praecipimus, & mandamus.

De vita communi.

I. Vita communis, & rigor Observantiae Regularis, qui tam in Conventu Sanctae Sabinae, quam in aliis superius expressis in praesens viget perpetuo retineatur, & quam fieri potest maximo perfectionis studio custodiat, & observetur.

De Provincialibus.

II. Cum Provinciales pro tempore ad visitandos eodem Conventus se conferent, neque ipsi utantur Regulae remissionibus, ac dispensationibus, neque illas focis suis permittant, quae consuetudine eorumdem Conventuum vitae adferuntur, ipsorum enim exempla ceteris esse debent vivendi norma.

De Visitatoribus, & Co-missariis.

III. Ita quoque se gerant Visitatores, si qui forte ad supplendas Provincialium vices destinabuntur, & Commissarii omnes, qui ad Conventus antedictos quacumque de causa perregerint. Ejusmodi autem vices, & commissiones non demandentur, nisi Fratribus zelo, & gravitate praeditis, atque erga Regularem Observantiam optime animatis.

De Regionibus, seu Quartieris Provinciae Lombardiae.

IV. Cum Provincia Lombardiae in plures regiones, quas Quarteria appellant, partita sit, singulis autem Regionibus Vicarius praestit, qui absente Provinciali, subiectis sibi Conventibus advigilet, prospiciatque; Nova Regio in eadem Provincia constituatur, Sanctae Sabinae nomine nuncupanda, in qua memorati Conventus comprehendantur, eique a Provinciali Vicarius praeficiatur, qui tamen semper in aliquo ex novae Regionis Conventibus commoretur.

De Novitiis.

V. Tyrocini domus, sive Novitiatus purus in eodem Conventu Sanctae Sabinae conservetur pro tradendo Religionis habitu, ea prorsus ratio-

tione, qua ad normam Decreti felicitis Recordationis Alexandri Septimi, fuerat ibidem constitutus, antequam Conventus ille a Provincia separaretur Provinciales autem pro tempore, quo ad ejus fieri poterit curent, & fatagant, ut quot in Novitiatu Cella sunt, totidem Tyrones, in Anno probationis ibi exercendos, designent, & assignent.

VI.

De affiliationibus.

Quoniam affiliationes, quas vocant & strictiori disciplinae laudatissimi Ordinis non adferantur; Immo potius valde conducunt, ut Religiosi observantiae cultores retineantur in conventibus, quibus per affiliationem fuerint adscripti, volumus, & mandamus, ne quis in posterum ad habitum in nova religione admittatur, nisi certo Conventui pro affiliatione adscribatur, ejusdem quidem Religionis, si fieri possit, aut saltem Provinciae si tanto Religiosorum numero ejus Regionis Conventus abundent, aut novis affiliationibus locus esse non possit. Qui vero sine affiliatione ulla hactenus in Congregatione admissi sunt, illis Conventibus per affiliationem incorporati intelligantur, quibus in praesens assignati inveniuntur. Preterquam si quis, antequam Congregatio erigeretur, per affiliationem jam fuisset alicui ex Conventibus sive hujus Regionis, sive Provinciae affixus, cui semper affixum remanere decernimus; Graviter interdicens, tam admissis, quam admittendis, ne sine expresso Apostolico beneplacito affiliationem suam ad Conventus, alterius Regionis, aut Provinciae transferre valeant.

VII.

De assignatione Conventuum.

Juniores Religionem Professus in Conventu Sanctae Sabinae, sive in aliis Conventibus ejusdem Regionis, in qua Probationis domicilia fuerint, Benedicente Domino, utcumque multiplicata, ad colenda studia in solis ejusdem Regionis Conventibus assignentur.

VIII.

De studiorum Domicilio.

Methodus autem assignandi studiorum causa juniores in nova hac Regione Professos, diligentissime teneatur, ac servetur per annos saltem quinque ab emissa professione numerandos, quo temporis spatio minime liceat Priori Provinciali ad alterius Regionis studia eosdem destinare, nisi quis fortasse aegra valetudine impar evaserit rigori Observantiae diutius ferendo; Tunc enim Prior Provincialis, quod factum opus erit, pro sua prudentia decernet; Modo tamen causa infirmitatis probata sit testimonio subscripto, & jure jurando firmato a fratribus Consilii illius Conventus, cui Professus valetudinarius assignatus est.

IX.

De Studiis.

Ut quae de studiorum domicilio praescriptissimus, firmiter constant, non solum studia, quae Materialia dicuntur, in nova Regione stabiliantur; Sed Formale etiam, quod appellatur, studium in apto Conventu constituatur, in quo juniores triennale curriculum studii Theologi-

ci formalis explere possint, atque ad gradum Lectorum se rite comparare. In studio tamen Generali Bononiensi tam ad studium formale, quam ad Lectoris gradum secundum communes toti Provinciae leges, examinentur, & approbentur.

X.

Ubi studium formale novae Regionis idoneo numero fuerit instructum ad formam ceterorum Provinciae studiorum formalium; quemadmodum etiam ubi studiis materialibus suis non desit studentium numerus; Liceat quidem Priori Provinciali alios ultra numerum redundantes aliis studiis, praesertim formalibus Provinciae assignare. Si tamen in hisce aliis Conventibus observantia vigeat per sacram Congregationem disciplinae Regulari praepositam approbata, ac simul qui assignandi sunt per integrum, saltem quinquenium in observantia suae Regionis exerciti fuerint, & confirmati.

XI.

Pro studiis istem Lectores non designentur, nisi qui in eadem nova Regione habitum Ordinis induerint, atque in ea educati & instituti sint. Quod si aliquando peculiaris causa postulet, ut ex alia Regione Lector assumatur, non aliter id fieri liceat, quam si Lector ipse per integrum, saltem annum jam antea laudabiliter vixerit in Conventibus novae Regionis, sitque propenso studio erga observantiam affectus.

XII.

Priores Provinciales pro tempore operam libenter conferant, ut qui in aliis Provinciae Conventibus educati sunt, ad studia novae Regionis volentes transiant, curentque pariter ut ceteris quoque fratribus cujusque conditionis, aut gradus aditus pateat, si qui observantioris vitae desiderio impulsu ultro se ad novam Regionem transferre voluerint.

XIII.

Sub poena nullitatis nemo eligatur, aut electus confirmetur in Priorem, aut quocumque titulo in Superiorem eorumdem Conventuum, qui habitum non suscepit, ac simul educatus non fuerit in hac nova Provinciae Regione; aut saltem in eadem per quadriennium spatium antea non vixerit, ac sui pro observantia studii zelique specimen idoneum non praebuerit, quod in Magistris etiam Novitiorum tam simplicium, quam Professorum eligendis, ac praeficiendis observetur.

XIV.

Hujus novae Regionis Alumni qui in illa habitum, atque institutionem acceperint, pro quovis Provinciae Conventu eligi, confirmari, & institui Priores possint, atque ad Lectoris Superioremque alium quemcumque gradum proveli, etiam in Generali studio Bononiae; Nec non ad predicandi Verbi Dei & alia quaelibet munera, praesertim vero ad gravissimum Magistrum

De Lectoribus.

De transitu ad novam Regionem.

De non eligendis in Superioribus illis, qui in d. Regione aliquandiu non vixerint.

No.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die V Junii MDCCXXVI. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CXXXVII.

Confirmantur Literae Pauli V. super electione Abbatis Generalis Ordinis S. Basilii Magni ad sexennium dumtaxat.

Hac de re vid. praed. Const. Pauli V. ed. 1620. Miji 15. P. 1. qua hic citatur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Abbates, & Monachi Ordinis S. Basilii Magni, quod dudum fel. rec. Pauli PP. V. Praedecessori nostro pro parte tunc existentium Superiorum, & Monachorum ejusdem Ordinis exposito, quod ipsi alias in Congregationem redacti eorum Abbatem Generalem ad triennium dumtaxat eligendum, & deinde ad aliud triennium confirmandum coeperant. Et in eadem expositione subjuncto, quod confirmatio hujusmodi ex diversis causis quas experientia docuerat, satis damnosa Congregationi hujusmodi reddebatur, electioque triennis nimis brevis esset, maxime quia plura ejusdem Congregationis Monasteria in remotis Provinciis constituta tam brevi tempore per ipsum Abbatem Generalem visitari, & ut decebat reformari non poterant, propterea Superiores, & Monachi praedicti ab incommodis hujusmodi obviandis per dictum Paulum Praedecessorem super praemissis opportune providere desiderabant, idem Paulus Praedecessor supplicationibus illorum nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, de tunc pariter existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, quod de cetero perpetuis futuris temporibus Abbas Generalis hujusmodi ad sexennium eligi deberet confirmatione ejus omnino prohibita, itaut Abbas Generalis praedictus completo sexennio, seu alias alia causa dimisso officio, per aliud sexennium ab officio Abbatis Generalis cessare teneretur, neque eligi posset Apostolica auctoritate statuit, & ordinavit, & alias prout in ipsius Pauli Praedecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 15. Maji 1620. expeditis uberius dicitur contineri.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebatur praedicti Exponentes supradictas Pauli Praedecessoris literas Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communitari summo opere desiderant, Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humi-

Expositio Facti.

A Paulo V. factum fuit ut Abbas Generalis praedictus ad sexennium eligeretur.

Proces Monachorum pro confirmatione.

Clausula.

Novitiorum tam simplicium, quam Professorum officium, ut zelo, exemplo, ductuque suo per totam Provinciam Observantiae cultum distendant, & augeant.

§. 5. Quod est praecipuum nostrae sollicitudinis propositum, in hisce capitulis sanciens, quae perpetuo, & inviolabiliter observanda praecipimus sub poena indignationis nostrae, aliisque nostrae, & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum arbitrio infingendis adversus eos qui illa vel in totum, vel ex parte violare praesumpserint. Has igitur praesentes in forma Brevis Literas, & quidquid in eisdem praescriptis, firma, & valida semper manura decernimus, & ab illis ad quos spectat inviolabiliter observanda: Sicut in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus quatenus opus sit nostrae, & Cancellariae Apostolicae Regulae de jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis praesertim antedicti felicit. record. Innocentii PP. XII., necnon Ordinis, & Congregationis, & Conventuum hujusmodi, aliisque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, etiam ejusdem Ordinis, Congregationis, & Conventibus, eorumque personis quibuslibet, & sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoris, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut eorumdem praesentium transmissis, etiam impensis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prout fides adhibeatur, quae ipsis Originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense. Collata itaque zeli tui sedulitate, atque in mandatis nostris capessendis, & obeundis alacritate, ac vigilantia, plene confidimus, fructum Paternae sollicitudinis pro severiori disciplinae incremento votis nostrae charitatis esse responsurum. Ac tibi, dilecte Fili Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Fides habenda transmissis.

Confirmatio Licentiarum prae Pauli V.

humiliter porrectis inclinati, praedictas Pauli Praeceptoris literas die 15. Maji 1620. emanatas, ut praefertur, auctoritate Apostolica, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus.

Clausa.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in praedictis Pauli Praeceptoris literis concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transmissis

§. 5. Volumus autem, ut praesentium literarum transmissis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XII. Junii MDCCXXVI. Pontificatus nostri Anno Tertio.

CXXVIII.

Stat. 16. Jun. 1726. An. 3.

Supprimatur Confraternitas SS. Rosarii, Cappata, vulgo dicta, Civitatis Anconitanae; & Praedicatorum Conventui S. Mariae Incononatae; necnon Puerorum Seminario Ecclesiastico dictae Civitatis, ejus bona applicentur.

Alia hujus Const. ed. 1725. Sept. 5. P. 2. erectum fuit Hospitium Matritium, de la Passion in Conventum Fratrum Praedicatorum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a cura Seminariorum.

Quanta Ecclesia Dei commoda, & bona proveniant a pia exercitatione, qua Adolescentes a teneris usque annis ad pietatem, & Religionem informandi in Ecclesiasticis puerorum Seminariis detinentur, provide considerantes, quod Seminariis eisdem honesti, & pro eorum indigentis opportune redditus abunde suppetant ex animo concupiscimus; unde si ipsa aliquando decentibus carere subsidiis praenoscerimus etiam per quarundam Laicorum Confraternitatum suppressionem solite subvenire existimamus, aliaque desuper illorum favore concedimus, quae conspicimus in Domino salubriter expedire.

Suppressio praedictae Confraternitatis.

§. 1. Cum sicut accepimus utriusque sexus Christianifidelium Confraternitas, Cappata nuncupata sub invocatione Sanctissimi Rosarii in Ecclesia Sanctae Mariae Incononatae nuncupata, Conventus Ordinis Fratrum S. Dominici Prae-

dicatorum nuncupatorum Civitatis Anconitanae erecta, & instituta reperitur, nos ex rationabilibus, & iustis causis nobis notis animum nostrum moventibus motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine dictam Confraternitatem una cum illius denominatione, invocatione, nuncupatione, titulo, essentia, ac qualitate, Apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, & extinguimus, eandemque Confraternitatem perpetuo suppressam, & extinctam esse, & fore decernimus.

Ejusque bonorum applicatio praefato Conventui.

§. 2. Nos proinde infra scripti Seminarii, ac Fratrum Conventus infra scriptae Ecclesiae indeminatibus, atque commoditatibus aliqua in parte respective consulere volentes, ac Fratres eisdem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon alias Conventibus, & Fratribus, ac Seminario hujusmodi applicationes, incorporationes, concessiones, & assignationes quomodolibet haecenus factas, si quae sint praesentibus pro expressis habentes, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus eisdem Confraternitatis sic per nos, ut praefertur suppressae, & extinctae Capellam, seu Altare, ac Oratorium, cum Magazenis, Fabrica, seu Mansionibus subterraneis sub eodem Oratorio existentibus, quod est de directo dominio d. Conventus, & per pactum expressum in concessione illius fundi dicto Conventui reservatum remanet, necnon omnia mobilia, & suppellectilia, cujuscumque speciei, quantitates, & valoris, ac omnia ornamenta, Candelabra, & Vasa Sacra aurea, & argentea cujuscumque generis, & pretiosi valoris existant, & ad dictam Confraternitatem per nos, ut praefertur suppressam, & extinctam quomodolibet spectantia, ac bona omnia Alis hereditariis per quosdam tunc in humanis agentem Josephum Bomfigli, dum vixit Pharmacopolam Anconitanam, ac credita omnia, actiones, & Jura quaecumque ad dictum Aesem hereditarium quomodocumque pertinentia, exacta, & exigenda, necnon scripturas, justificationes, libros, & notitias omnes, tam publicas, quam privatas, & in statu in quo de praesenti reperiuntur, ac pecunias omnes ad quaecumque summam ascendentes, & eidem Confraternitati per nos, ut praefertur suppressae, & extinctae juxta ejusdem Josephi, sub quo ab humanis decessit, dispositionem Testamentariam ad effectum, ut tot Capellaniae ab eadem Confraternitate per nos, ut praefertur suppressae, & extinctae erigerentur relicta, eidem Conventui, & Fratribus cum hoc tamen quod nunc, & pro tempore existentes ejusdem Ordinis Fratrum tantum, & non alii Presbyteri quo ad dispositionem Testamentariam praefati Josephi, loco Capellaniarum hujusmodi, tot Missas in Ecclesia S. Dominici praefatae Civitatis Anconitanae in perpetuum celebrare teneantur, pro quarum celebratione, & mantentione secundo dicti Conventus Fratres praefati tot funda, & Bona stabilia, vel Loca Montium, Cameralium, & non Vacabulum ex praefato

Affe

Affe hereditario defumenda, & ex eorum annuis redditibus summam sexaginta scutorum, monetae Romanae pro qualibet Missa perpetua, annuatim respondentia, emere, & assignare, similiter teneantur, cum hoc pariter quod omnia Anniversaria, & Missae perpetuae a Testatoribus, aliisque disponentibus usque in praesentem diem eidem Confraternitati per nos, ut praefertur suppressae, & extinctae demandare, a pro tempore existentibus Fratribus secundodicti Conventus tantum, & non ab aliis Presbyteris in praefata eorum Ecclesia S. Dominici in perpetuum celebrari, & adimpleri debeant, solutis tamen secundodicti Conventus Fratribus nunc, & pro tempore existentibus per infra scriptum Seminarium singulis Mensibus elemosynis Missarum secundodictarum ad rationem unius julii monetae praefatae pro qualibet Missa hujusmodi, & stipendiis pro adimplimento Anniversariorum hujusmodi ad rationem, & juxta quantitatem persolvi consuetam ab eadem Confraternitate per nos, ut praefertur suppressae, & extinctae, perpetuo tenore praesentium etiam applicamus, & incorporamus.

Necnon Seminarium praedictum, cum opportunis ordinationibus.

§. 3. Reliqua vero bona omnia, Res, Proprietates, Census, Canones, Domos, Vineae, Praedia, Possessiones, Responiones, Fructus, Loca Montium, & Jura quaecumque, undecumque, & quomodocumque provenientia, etiam cujuscumque speciei, quantitates, qualitatis, & valoris existant, & usque dum administrata, percepta, & possessa per dictam Confraternitatem per nos, ut praefertur suppressam, & extinctam, & eidem Confraternitati per nos, ut praefertur suppressae, & extinctae competentia, spectantia, & pertinentia Seminario Puerorum Ecclesiastico dictae Civitatis Anconitanae cum obligatione tamen, quod praefatum Seminarium non solum elemosynas, & stipendia pro adimplimento, & mantentione Anniversariorum, & Missarum perpetuarum hujusmodi, sed etiam pro dote, & mantentione Capellae, seu Altaris ejusdem Sanctissimi Rosarii in dicta Ecclesia S. Dominici sita, seu siti, ac pro functionibus infra annum peragendis, & celebrandis ab eisdem secundo dicti Conventus Fratribus ad honorem, & gloriam Beatae Mariae Virginis, tunc, & pro tempore existentibus ejusdem secundodicti Conventus Fratribus praefatis scuta centum praefatae monetae Romanae in perpetuum singulis annis excurrere, & solvere, ac prout antea dicta Confraternitas per nos, ut praefertur suppressae, & extinctae tenebatur, Conservatorium Pupillarum dictae Civitatis Anconitanae, mantinere, dotes solvere, ac singulis annis legato scutorum quatuorcentum monetae Romanae hujusmodi Monialibus Monasterii Sancti Sebastiani praefatae Civitatis Anconitanae, Sancti Benedicti, seu alterius Ordinis debito satisfacere, ac personis in carceribus detentis exhibere solitam elemosynam, necnon reliqua legata omnia, & onera universa quaecumque si quae sint, etiam specialem mentionem requirunt, & eidem Confraternitati per nos, ut praefertur suppressae, & extinctae quomodocumque incumbant, juxta, & secundum Piorum Testatorum, Fundatorum, aliorumque disponentium voluntates, & dispositiones adimplere, ac omnibus legatis similiter, quae praefata Confraternitas per nos, ut praefertur, suppressae, & extinctae satisfacere, & adimplere, eaque adimplere omnino teneatur, etiam perpetuo earundem tenore praesentium respective applicamus, & cum ceteris Seminarii praefati respective bonis incorporamus, ac respective concedimus, & assignamus.

Clausa peculiaris.

§. 4. Decernentes praemissa omnia, & singula, necnon easdem praesentes etiam ex eo, quod praefatae Confraternitatis per nos, ut praefertur, suppressae, & extinctae, Officiales, & Confratres, & ceteri quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, aut auditi, & cause propter quas eadem praesentes emanarunt adductae, verificate, aut justificatae ullatenus fuerint, ullo nunquam tempore subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam, ex eo quod in eisdem praemissis solemnitates, & quaevis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite, a jure, vel facto, aut Statuto, vel consuetudine aliqua resultante, etiam in corpore juris clauso, sive etiam enormis, enormissima, & totalis laesionis, & quovis alio pretextu, occasione, vel causa etiam quantumvis iusta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in Jus, vel contrarium revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum apertionis oris, aut aliud quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, aut impetrato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas praesentes semper firmas, & validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque, & non alias in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio Exequutor.

§. 5. Et insuper quatenus opus sit pro praemissorum observatione Venerabilibus Fratribus Anconitanis, Anconitanis, & Auximanis Episcopis per praesentes motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios easdem praesentes, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum secundodicti Conventus, ac Seminarii praefati requisiti fuerint solemniter publicantes, & in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra illas, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro

N

& pro tempore spectabit inviolabiliter servari, illisque pacifice, frui, & gaudere, non permit-

Derogatio specifica.

§.6. Non obstantibus pie memor. Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris Nostri, in qua cavetur expresse, ne quis extra suam Civitatem, & Diocesim nisi in certis tunc expressis casibus, & in illis ultra ullam Dietam a fine sue Diocesis ad iudicium evocare, seu ne Iudices a Sede Apostolica præfata Deputati extra Civitatem, vel Diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, aut alii, vel alii suas vices committere audeant, vel præsumant, & Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo tamen ultra tres dietas, aliquis vigore earundem præsentium ad iudicium non trahatur, necnon dictæ Confraternitatis per nos, ut præfertur, suppressæ, & extinctæ erectione, ac præfati Joëphii, aliorumque quorumcumque ad favorem dictæ Confraternitatis per nos, ut præfertur, suppressæ, & extinctæ Testatorum, seu Disponentium voluntatibus, necnon Misarum, & Anniversariorum, aliorumque Legatorum, Piorum, & onerum fundationibus, & quibusvis aliis dispositionibus, ac præmissis omnibus, & quatenus opus sit, de jure iuræ non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, seu applicationibus, illisque committendis ad partes vocatis quorum interest, & aliis nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, necnon Lateranensis Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis, fieri prohibentis, aliisque Apostolicis, etiam in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon Confraternitatis per nos, ut præfertur suppressæ, & extinctæ, & Conventus hujusmodi, & Ordinis præfati, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis etiam Confraternitati per nos, ut præfertur suppressæ, & extinctæ, Conventibus, & Ordini, ac Fratribus præfatis, & quibusvis aliis personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo

robore permanens, latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse, hac vice dumtaxat motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus ad præmissorum effectum harum serie derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§.7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, suppressionis, extinctionis, decreti, applicationis, incorporationis, concessionis, assignationis, posterioris Decreti, derogationis, voluntatis, & declarationis infringere, vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo sexto, sexto decimo Kalen. Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

CXXIX.

Statuitur, Ministro Generali Capuccinorum competere facultatem erigendi ubique Tertium Ordinem S. Francisci, ejusque professoribus Scapulare cum Cingulo conferendi.

Dat. 21 Junii 1726. An. 3.

Hac de re vid. Clem. XI. Const. ed. 1704. Mart. 29. P.4. & aliam hujus Const. ed. 1725. Decemb. 10. P.2. ubi concessa fuerunt Privilegia dicti Tertiarii.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio Apostolici ministerii, Nobis licet immeritis a Christo Domino inuncti, exigit, ut litigia, & discordias, quæ humani generis hoste zizania supereminente, Ordines Regulares, ad Cælestium meditationem incumbentes, aliquando perturbant, omni cura evellere studeamus, ne Dei cultus in Sacris viris frigeat, inque animis Secularium, qui eos inter se distantes conspiciunt, scandala propterea exoriantur.

Exordium.

§.1. Nuper admodum in Tertiariis, de Penitentia appellatis, sub regimine Fratrum Minorum beati Francisci, alias a Regulari observantia nuncupatorum, viventibus, spirituale solatium, & pietatis fervorem augere studuimus Apostolicis literis nostris, quæ incipiunt: Paterna Sedes Apostolica providentiæ, Romæ vulgaris anno Domini 1725. iv. Idus Decembris, Pontificatus nostri anno secundo, quibus literis immunitates, gratias, privilegia, & indulta ab antecessoribus Nostri Romanis Pontificibus eisdem Tertiariis concessa, renovavimus, & confirmavimus, ut alacrius, & sanctius Deo famulari pergerent. Sed postea non sine admiratione, atque animi nostri molestia inde ortas altercationes audivimus, eisdemque nostras literas, quæ unos Tertiarios, Fratres Minoribus a regulari observantia nuncupatis, subiectos respiciunt, contra mentem nostram ad alios Tertiarios, sub regula quidem B. Francisci Deo famu-

Causæ præsentis Constitutionis.

famulantes, sed speciali nota dignos, inque iisdem literis nostris minime nominatos, aut comprehensos, perperam detortas fuisse intelleximus; qui sane Tertiarii Fratres Minoribus, a regulari observantia nuncupatis, nullo modo subsunt, sed Ministro generali Ordinis Fratrum Minorum beati Francisci, qui Capuccini appellantur, a quo, & ab ejus secundariis Ministris in rebus spiritualibus directi, omnino dependent, atque habitum religiosum accipiunt.

Confirmatio Minoribus Capuccinis omnia jura in cõferendo Scapulari, & Cingulo Tertiarii sibi sub jectis.

§.2. Propterea huic errori, & incommodo pro nostra auctoritate, & solitudine prospicere cupientes, eorumdem Fratrum Minorum B. Francisci, qui Capuccini appellantur, jura, & privilegia, sæpe in Judicis contradictoriis coram Ven: Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, consultationi de rebus Episcoporum, & Regularium præpositis plene discussa, Pontificioque Oraculo, ac literis Apostolicis a fe: re: Clemente Papa XI. Antecessore Nostro confirmata, atque approbata, nos presentibus perpetuum robor impofterum habituris, post maturam deliberationem, Motu proprio, & ex certa scientia ad tollendas quascumque discordias, iterum munimus, & approbamus, confirmantes omnia jura, immunitates, facultates, prerogativas, gratias, indulta, & privilegia Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci, qui Capuccini appellantur, competentia in conferendo eodem Scapulari, & Cingulo Tertiariis sibi subiectis, quæ omnia ei olim fuerunt adjudicata, ejusdemque Clementis Papæ XI. literis confirmata, quarum tenor est.

Afferret Clementis XI. hac super re Constitutio.

§.3. Clemens Papa XI. ad futuram rei memoriam. Emanarunt nuper a Congregatione Ven: Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad favorem dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci, Capuccinorum nuncupatorum, Regni Sardinie tria decreta videlicet. In causa vertente inter PP. Minores Capuccinos Regni Sardinie ex una, & PP. Minores de Observantia ejusdem Regni, seu &c. Partibus ex altera, de, & super infrascripto dubio, nempe an Patribus Capuccinis Regni Sardinie liceat dispensare, seu distribuere habitum, seu scapulare parvum cum Cingulo S. Francisci secularibus utriusque sexus in propriis Domibus, & sub jurisdictione Ordinarii viventibus, qui denominantur Tertiarii, seu Tertii Ordinis; eosque dirigere in spiritualibus juxta regulas dicti tertii Ordinis in propriis Ecclesiis, in casu &c. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, partibus ipsis auditis referente Eminentiſſimo Gabriellio, censuit, ac declaravit, competere Patribus Capuccinis facultatem conferendi Scapulare cum Cingulo S. Francisci, Romæ die 16. Novembris 1703. Et die 29. Februarii 1704. denuo auditis Religiosis Patrum Minorum de Observantia, & Patrum Minorum Capuccinorum S. Francisci referente eodem Eminentiſſimo Gabriellio, Eminentiſſimi Patres censuerunt, persistendum esse in Decisis sub prædicta die 16. Novembris 1703. Romæ &c. Die vero 4. Martii ejusdem anni 1704. Tertia vice proposita causa per eundem Eminentiſſimum Gabriellium ad preces Procuratoris Generalis Commissarii Curie Minorum de-

observantia, & Procuratoris Generalis strictioris observantia S. Francisci, eadem Sacra Congregatio censuit, ac decrevit, extra dandum, prædictum Decretum Romæ &c. Cardinalis Carpineus: Loco * Sigilli.

Confirmatio roborum Decretorum.

§.4. Cum autem sicut pro parte dilecti Filii moderni Procuratoris Generalis d. Ordinis Nobis subinde expositum fuit, ipse Decretum hujusmodi, quo præmissa firmius subsistant, Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri, plurimum desideret: Nos, ipsam, modernum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus, ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; Decreta præinserta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Clausula.

§.5. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarem Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, ac Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 29. Martii 1704. Pontificatus Nostri Anno IV.

Confirmatio præd. Constitutionis, & Statutum prædictum.

§.6. Itaque hæc literas Clementis PP. XI. auctoritate nostra iterum Nos confirmantes, statuimus, & declaramus, Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci, qui Capuccini appellantur, & secundariis Superioribus ab eodem Ministro Generali dependentibus, tanquam veris, & legitimis filiis Beati Francisci, convenire, & competere in quocumque loco, Civitate, Provincia, & Regno, etiam ubi alii Tertiarii ejusdem Beati Francisci jam sunt, erigere, instituire, & fundare Tertium Ordinem Beati Francisci pro quibuscumque piis, & devotis personis Secularibus utriusque sexus, atque hujusmodi Tertii Ordinis professoribus Beati Francisci scapulare, sive habitum cum cingulo conferre, in rebus spiritualibus eos dirigere, in tertia Regula Beati Francisci observanda pri-